



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Prima. Si autem abiero, mittam eum ad vos.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

remittent, abicum Christi facillimè suppor-  
tata, ac spes præmii omnem tristitiam & ama-  
ritudinem pellit. Hinc Beda, *ideoque capaces*  
*hæretici non facti erant; non ultra de morte ejus*  
*curantur, sed de promissione ejus munere lata-*  
*re, & dum spem misericordie caelestis inspirat,*  
*profecti ab ægre tristitia mentem illustrando*  
*pullant. Verum quantum possit spes remu-*  
*nerationis ac præmii, hoc discursu videbi-*  
*mus.*

PARS PRIMA.

Sautem abiero, mittam eum ad vos.

Valerius Maximus recenset, Hegesiam Phi-  
losophum, ac Rhetorem tantâ persuaden-  
di valentia energâ, ut quadam die de miseris  
humanae vite petrans, omnes auditores ut  
viam generis mortis sibi inferrent, persuaserit:  
*Cum sua oratione ageret de miseris vite humanae,*  
*causâ dicendi facultate valebat peritâ, ut pluri-*  
*mos sponte se in mortem precipites darent. Porro re-*  
*tributio præmii quanto potentius ars declaman-*  
*di bona opera persuadat? Hinc Divus Paulus,*  
*ut Galatas ad opera virtuosa impelleret, nullum*  
*operantius medium, quam præmium his propo-*  
*nit. Bonum facientis non deficiamus, tempore*  
*autem suo metamus: en remuneracionem. Theba-*  
*ni rempublicam Lacedæmoniorum continuo*  
*in rigore felicitatis servari, sic ut nec minima in-*  
*curares ostentur discordia mirabantur. Hujusce*  
*modi oculum sciant, sapientem aliquem, qui sin-*  
*gula curiosius observaret, leges, ac modum vi-*  
*venti auctoritates, ablegarunt. Ivi, & omnibus ex-*  
*actè observatis Thebas rediit, senatum ingredi-*  
*ens, ac pro responso falcem instrumentorum,*  
*quibus iustitia in reos advertit explicuit dicens:*  
*Escaules spectate ô cives Thebani, quid Lacorum*  
*disziplinam sancitis, nemo apud istos vitiosus est im-*  
*pietas: sunt sua virtutis præmia, sunt & sua sceleri*  
*applicata. Si ergo hic rigor frenum fuit coëcen-*  
*dis delinquentibus, quomodo præmium non*  
*erit efficax, ut animos ad virtutem excitet?*  
*non sua virtutis præmia, sunt sua sceleri suscipi-*  
*lia.*

6. Sempiternus Grajus dum paucos milite,  
& quidem manipe cum Annonibus, & Lucanis  
dimicaturus esset, ut suos ad pugnam animaret,  
ac victoriam certam redderet, curque libertatem  
promitteret: utque velisari captum, desiderium  
consequendi præmium libertatis, ita eos red-

didit intrepidus, ac tam animosè pugnavit,  
ut hoste strato triumphavit. Hæc Quintus  
Anglorum Rex in Gallos irurus militibus  
suis spem præmii prædæ scilicet obtinendæ ante  
oculos obvertari continuo voluit. Hinc chara-  
cteribus aureis hæc, *imperiū spes altera futuri,*  
*vexillis incidi voluit. Regis Margaræ filius dum ve-*  
*nans in sylvâ ferocissimo quodam leone inva-*  
*dederetur, qui miserum dilaceravit principem,*  
*eumque occidit, Pater tanto dolore est confectus,*  
*tantâ que irâ in feram exarsit, ut leonem occisuro*  
*filiam in præmium polliceretur; Alcathoum hæc*  
*Idem. 4. merces ita animavit, spesque præmii tantos ei spi-*  
*ritus addidit, ut leonem discerpens exanguem coll. 2.*  
*cum prosterneret. Alcathous præmio illectus gene-*  
*rosè se arm aggressus eam confudit, ac, proinde gener*  
*Regis efficius congruâ fuit laurea compensatus. Attici,*  
*Non ablimile Heroicum factum in facis Histo-*  
*riis à pastoreculo David, dum illectus spe præmii,*  
*quâ regio edicto devincti Philistham, Mich-*  
*chol. Saulis filia in conjugem promittebatur,*  
*cum Eranidabili, ac Gigantæ illâ mole certam*  
*1. Reg. 17. 25. Rex divitiis magnis, & filiam suam dedit ei, & do-*  
*num patri ejus facies absque tributo in Israel. Ge-*  
*nerosus ergo puer, ut præmia illa obtineret, &*  
*particulariter ut Michol sibi copularet, ac gener*  
*Regis fieret, pugnam aggreditur, & quidem tam*  
*felicitur ut hostem sternebat, eique caput adime-*  
*ret; Pugnavit: ait Abulensis, David non cupidita-*  
*te honoris, sed amoris, ut eam, quam amaverat, in*  
*Abulensis ibidem. uxorem regis filiam obtineret.*

7. David ad hæc non solum ardua aggredi,  
sed & superare, spem præmii sub oculis sibi  
ponendo quadam vice cum Deo de observan-  
tiâ, & qualitate divinarum jussionum tractans  
dicebat: *propter verba labiorum tuorum, ego cu-*  
*stodi vias duras, perinde ac diceret; præcepta*  
*tua, ô domine, difficilia observatu sunt: idcirco*  
*omnibus viribus in id sum, ne ea violem, non so-*  
*lum quia id æquitate convenit, sed specialiter*  
*quia expressè, & clarè ea severè, ac sanctè obser-*  
*vati ore tuo sanxisti: propter verba labiorum tuo-*  
*rum; en jussionem, Ego custodi vias duras; ea*  
*præcepta. Sed cur dixit vias duras: hoc est præ-*  
*cepta difficilia? non, non erro, sunt suavia, ac fa-*  
*cillima observatu: qui eorum executioni se ac-*  
*cingunt, non vias tortuosas, saxosas, invias, ac*  
*spinosas, sed planas, amplas, absque offendentulo,*  
*rossis vernantes, & floridas inambulare videntur.*  
*Latum mandatum tuum nimis: fiste David, Vel*  
*ego hæc mandata non novi, vel tu experientiana*  
*corum*

Philip. & Jacobifol. 22. col. 1.  
Marcel. de Pise. 10. 1. fol. 170.

Idem. 4. fol. 766. coll. 2.  
Ex Pau- rosè se arm aggressus eam confudit, ac, proinde gener sam in Regis efficius congruâ fuit laurea compensatus. Attici, Non ablimile Heroicum factum in facis Histo- riis à pastoreculo David, dum illectus spe præmii, quâ regio edicto devincti Philistham, Mich- chol. Saulis filia in conjugem promittebatur, cum Eranidabili, ac Gigantæ illâ mole certam 1. Reg. 17. 25. Rex divitiis magnis, & filiam suam dedit ei, & do- num patri ejus facies absque tributo in Israel. Ge- nerosus ergo puer, ut præmia illa obtineret, & particulariter ut Michol sibi copularet, ac gener Regis fieret, pugnam aggeditur, & quidem tam felicitur ut hostem sternebat, eique caput adime- ret; Pugnavit: ait Abulensis, David non cupidita- te honoris, sed amoris, ut eam, quam amaverat, in Abulensis ibidem. uxorem regis filiam obtineret.

Abulensis ibidem.

1. id.

eorum non habes; filiorum recens natum submittere circumfisioni, ex eo elicere cruorem, abstinere à carnibus ciborum forsàn lapidissimo latum mandatum tuum nimis? diebus Sabbathis vetare ignem instrui, ne quidem cibus coquendis corpori humano sustentando necessariis, interdiceret, non porrigatur manus in foveam laplo, juxta illud, sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo. An forsàn præcepta sunt, de quibus dici possit, latum mandatum tuum nimis? oculos mihi dare, ac aspectum puellæ formosæ permittere, & dein vetare ne affectu voluntaris illa concupiscam, quod ex se est amabile: quantum vis famelico, vel nudo cavere, ne manus in alterius opes meis succurrendis egestatibus inferat. An hæc sunt latum mandatum tuum nimis? Si hæc iusta sunt via, quæ ad cælum ducunt, scio quid verax dixerit Messias, Angusta est porta, & arcta est via, quæ ducit ad vitam. Tam arcta, ut sanctus Petrus utroque pede dilectato eam inambulare non poterit, sed in cruce unum alteri superponere debuerit; ut sanctus Paulus, quia procerus, verticem à trunco incidere, sanctus Erasmus viscera ejicere; sanctus Bartholomæus pellem detrahere necesse habuerit. Bene ergo dixisti, Custodi vias duras, & non latum mandatum tuum nimis.

Mat. 7. Luc. 13.

Mat. 11. 30.

Theophyl.

8. Sed quod ipse filius Dei de iisdem præceptis cum discipulis sermonem texens eadem suavia, dulcia, levia, grata vocet, id mihi indagare altiori scrutandum est. Jugum meum suave est, & onus meum leve; diebus Veneris, ac Saturni sibi temperare à carnibus, cibus vesci grossis, & crudis stomacho haud conducentibus, tot vigilias, tot quadragesimas traducere, an hæc sunt jugum suave, & onus leve? quod sim natus in mundo, degam in mundo, agam cum mundo, nec cogitationem unam habeam mundanam? quod sim carneus, nec ullam titillationem carnis sentiam? quod in me sit irascibilis, nec ullus mihi sit affectus iræ? si quis alapam infligit, ei osculetur manus? si convitiis nonnemo me petat, ei ego lingua benedicam? an hæc omnia dici possunt jugum suave, & onus leve? Hic subintrat Theophylactus, & quod quantumvis præcepta divina aspera, ac difficilia appareant, nec onus humeris nostris aptum, sed jugum, ac pondus videantur, tamen si præmium, quod eorum observatione mereatur, spectemus, suavia, ac levia esse asserit, suave, & leve; omnia mandata Christi dicuntur jugum suave, & onus leve; quoniam propter futuram retributionem verè brevia sunt, etsi ad breve

tempus gravia videantur. Hac de causa sancti patres, quas regius vates dura, ac ardua expertissimè rat. Custodi vias duras: postea eisdem locis, & suaves reperiebat. Latum mandatum tuum nimis; & quomodo: an non intelligitur quomodo præse id declarat: Inclina vi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem. Hoc totum ex eo provenit, quod præmium, quod à Deo speravit sub oculis possidet. Hinc ait sanctus Bruno, justificationes tuas, hæc est, mandata tua, quæ ego propter retributionem vitæ æternæ facere propria voluntate decrevi. Est præmium, quod à Deo speravit sub oculis possidet. Theodoretus, inclina vi, &c. Etiam cum præfererim lucrum, quod hinc percipi solent, volens, & ut benigne pro his sudores suscipiat. Nec non Divinus Hieronymus. Ad faciendas justificationes tuas, hæc est, mandata tua in æternum propter retributionem vitæ æternæ, ut illam merer percipere. Ac tandem sanctus Pater Augustinus, propter quam retributionem dicit se inclinasse cor suum ad faciendas justificationes Dei, ut in æternum dignetur, in æternum mereatur habere quod diligit. Quid ergo tibi mihi si David dixerit, latum mandatum tuum nimis? & quomodo non ex arte cordis Apollonii mitterent afflictiones, lachrymas abstergerent, suspitia temperarent, frontem exortigere, vultum exhilararent, dum magister eorum is dicit, vestro bono abeo, ac Spiritum sanctum se vis missurum promittit? Exaudi ut ego vadam, miramur eum ad vos.

9. Esto, dolor summus eos in vaderet, quando magistrum suum abiturum audierunt, antea quando vere in assantibus in Olivatum supra cælos ascendit, nec minimum signum doloris ob amissionem visus corporalis, & conversationis amantissimi sui magistri eos edidisse in facto reperi. Eum discedentem ceterunt, nec eum moveret, nec lacrymam emittunt, nec ullum suspirium ducunt. Sed patienti, ac læto animo tantam iacturam ferunt. Sacre textus hæc solum commemorat, videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et ut quidam observavit moderatus; Intuebantur eum exire, & nullam emittent vocem, nullam gemitum dabant. Reverta quod, Apostoli audientes Christum discessurum, adeo mœreant, ut cor ante exuberat, videntes vero eum ascendere, ac à se avelli, nec gemitum edant, oculi non turbentur, nec umbra doloris in vultu notetur, mihi res paradoxæ, ac incredibilis videtur. Sed iniquissimus Apostolos, ne redemptor eorum oculis subducatur, & ex vertice Olivario ad ripam Jherosolymæ

horant nos confortamus. Hic Deus voleas ad coelum transferre sinum vatem Eliam, dum hic totum sermones miseret cum discipulo suo Eliam, in illico curus igneus, equi ignivomi de caelo se derubant, ac cuius furibundum & perentem ante pedes magni servi Dei Eliae terminant. *Cumque pergerent*; nunc linguam, quae dolorem desolati discipuli, nimbos lacrymarum distillat ex ejus oculis, voces quas suspiriis mixtas ex profundissimo abyso pectoris eiebat, quomodo nunc pra dolore impatiens palmas concutit, nunc velles discerebat, exprimeret posset, optaret. *Cum scriptura dicere sufficit. Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, carum Israel, & surge ejus, & non vidit eum amplius, aspiciensque vestimenta sua, & scidit illa.* Nunc quanta sit diveritas inter Eliseum, ac Angelos videat. Illi nec signum ostendunt mortuus, hic non nisi tristitiae voces prodit. Hic afflictione abest, illi abitu magistri nec hilum turbatur. An forsitan tenentur diligebatur Elias ab Eliseo, quam Christus a discipulis? minime, quoniam contrarium verum est. Unde ego cum quendam expositore inquiram. *Et cur Eliseus non dolens, eos lacus signa promit in discessu Eliae, & Angelus in discessu Eliae nihil tale facit.* Disparitatem hanc esse quod Angelus Apostolis promittit, eos Christum visuros, ac ejus praesentia potentes, Divus Chrysostomus autumat. *Et Eliseus qui assumptus est a vobis in caelum, sic omnes quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.* Eum rursus ceteris, o felix nuncium; facillat ploratus, apage, apage, o Eliae ego tibi compariat, jure clamas, & pra dolore vestes laceras, quia tuus magister abit, nec tibi apparet Angelus, vel alius, qui te spe, quod ad te reditura sit, vel quod eum visurus sis, soletur. Spes ergo boni promissi, remunerationis, vel praemii consequendi quantum non potest? Divus Chrysostomus dictas scripturas conferendo, ac necestendo ite edicat. *Nec hoc faciunt Apostoli quod Eliseus fecit dicitur: condidit vestimentum cum magistrum videtur elevatum ad caelum: non enim habuit praesentem Angelum, qui Eliam promitteret advenire: neque ista hoc faciunt, idem Angeli stabant animos in eum tristitia solatio velulantes.*

10. In medullis utris Solimorum atx nominat, quam Jebusaei occupabant, haec quae minutissima erat, & Isaietarum Rex armis tam subigere non posset, in obsidione eam ad deimonem cogendam cinxit, verum nonnullos obediunt adlegatur, qui ei velut irrisorie dicebant:

*nisi abstergeris caecos & claudos, non ingredieris huc.* 2. Reg. 5. hoc ait Abulensis, intelligitur de Arce urbis in Jerus. Abulensis. *salem, scilicet de Arce Sion.* Hos caecos ac claudos ibi q. 6. fol. 46. col. 2. variè exponunt SS. Pares. Nonnulli dicunt Jebusaeos adeo inexpugnabile censuisse illud propugnaculum, ut nullis egeat militibus, qui illud defendant. *Sed quod claudis, & caeci existentes supra murum possunt defendere urbem.* Alii affirmant, à q. 7. fol. 47. col. 1. Jebusaeis in moenibus collocatas quasdam statuas lapideas, quas vocabant caecos, & claudos, non secus ac olim ad ostendendum quam inexpugnabilis & munita esset urbs Tyrus, ad ejus defensionem locarunt in muris Pigmacos, ut immerent quod isti soli sufficiebant ad defensionem urbis, arcem adeo munitam ostendere volebant, ut nullà actione esset opus ad eam defendendam. *Id est nihil agentes, quasi dicant, nobis etiam nihil agentibus nullus poterit intrare in urbem, quia fortissima.* Et quod maxime arcem illam munitabat, erat murorum altitudo, quae obsessis obstat, ut minimum quid agerent obsessi, videre possent. *Audite nunc N. quod rarum stratagemata non minus ingeniosus, quam animosus miles nomine Joab, sic referentibus Hebraeis, in venerit. Altissimam curavit truncari caedrum, ac prope moenia solo insigi, & ramos superiores ad terram usque inflectens necessarii armis instructus, ac laborum Regis Davidis manu gestans, taxatis funibus qui deprimebant arborem, paulatim attolli arborem quousque superemineret muros illius arcis permittit. Excelsam succidit caedrum: quam juxta arcis murum terra defixit, atq; assumpto clypeo, arrepto gladio vexillum regium ore gestans, arboris summitatem, quam fune inclinaverat, apprehendens, mandavit paululum attolli laxatis funibus in altum, donec arcis aquaret culmen.* Et hoc stratagemate arcem expugnavit, Jebusaeos vicit, ac Rex palmam & propugnaculum tulit. *Sed dicite N. quomodo hic miles tam rarum potuit invenire stratagemata? quomodo periculo tam aperto vitam se objecit? In libro Paralipomenon editum regium legitote. Rex difficultatem grandè arcis adeo munita expugnandae cernens voce praconis militem, qui modum arcis occupandae, ac Jebusaeos occidendi inventurus esset, cohorte donandam promittit. Omnis qui percussit Jebusaeum in primis erit princeps, & dux. Quo intellecto 11. 6. Joab filius Sarviae periculis dictis se opposuit, & honorem cohortis praefecti reportavit; & sanè si Rex nullum praemium proposuisset, nemo tam arduam suscepisset provinciam. Quidam strenuus illi duci animum addidit, ut temerarium facinus ubi ipse*

*idem ibid.*

*Didacus de la Vega. In Festo S. Dominici. fol. 600. & Abul. ubi sup.*

*Paralip. c. 11. 6.*

*Didacus de la Vega ubi sup.*

auderet, mortifici se exponere non vereretur discrimini. Quævis quidam propositum premium magnanimitatis auctor, quod homines ad ardua molendum stimulat; que quid magis fuerint ardua, eorum maiora merentur premia.

11. Moyses intaus a parentibus in fuscilla Scitpam fuit compositus, & postea undarum discretioni fuit expositus. Filia Pharaonis amonando animo ad ripam obambulans nescio quid non aquis innatae vider, ancillis in mandatis dat, ut, quid rei id sic explorent, illæ iussis parent, & elegantissimum, ac venustissimū infantē fuscilla in clusum reperiunt; hic adeo huic principissæ placuit, ut eum in filium adoptavit, *Quæ illa adoptavit in locum filii, vocavitq; nomen eius Moyses.* Annotus factus, aulæ succellus oblectans abire resolvit, & natura sanguinis inclinante, ad nativam stirpem Hebræorum se contulit; actio revera observacione digna. In Aula Pharaonis ut princeps habebatur, ac adorabatur, & velut verus nepos Pharaonistractabatur, & nihilo secius honores, comoda, excellentias spernit, & cū contribulis suis laborare, ac sudare vult, & potius cepe cum suis quam delicatis cibariis aulæ frui desiderat: quod divus Paulus Hebræis in mentem reducens sic scripserit: *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filie Pharaonis.* Hoc est honoribus renuntiare, valedicere eminentis, dignitates flocci pendere, quæ tamen tot mediis illicitis ab aliis procurantur. Archelaus filii Regis Mitridatis se finxit, ac Ptolomæo Regi Egyptorum succellit. Andiscus homo plebeus filium Persei Regis Macedoniae à Romanis devicti, ac captivi se vendidit. Quidam Barbarus Ariarati Cappadocum Regi à Marco Antonio occisus formâ simillimus, maximæ partis orientis animos devincit, ut se Regem proclamarent, est aulus. Eros filius se nepotem Caii Marii esse mentitus, & septies consulatum, ac primos honores senatus reportavit. Quidam Juvenis Hebræus se esse Alexandrum filium regis Judææ petulavit. Alter in Judæa, ac Iconia se Drusum Germanicū iactavit. Alter ex Octavia sorore Augusti se natum, ejusq; consanguinem se vendidit. Hic Henticum IV. Imperatorem, ille Richardum Britannorum Regem, ille filium Regis Norvegorum, hic fratres Bajazetti magni Turcæ, iste filii Regis Burgundiæ, hic Alphonsum Regem Hispaniæ, hic Fridericum secundum Imperatorem, hic Sebastianum Regem Lusitanæ se simulavit. Et Moyses, qui optimo jure adorati, ac filius principis, & nepos Pharaonis Regis haberi poterat, id recusat. Imò de eo sic testatur Apostolus. Quod

magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporali peccati habere jucunditatem: majori auctore existimamus thesaurum Egyptiorum imperatoris Cæsarum. Si hujus causam indagare velletis, id quod Aristoteles subdit legere pergitote, ac Moysen premium sibi à Deo promissum sub oculos posuisse invenietis. *Aspiciebat enim in remanentationem. Et dicitur ut scribit Rhetor auctus, cælo enim propositus erat super vacuum admirari Regiam Egypti. Et quid excellentius Christus a postulis promittere poterat, quam missionē Spiritus Sancti; se habere tantam eum ad vos; hoc solati corda discipulorum sufficiens fuit, ac vires addere, ut discipulum illum patienter ferret, & vultibus gaudium, ac feracitatem affundere valuit.*

12. Magi natum Regem Judæorum audientes, illico eum adorant ac debitorum præstitati hauriunt opulentissimis donis auri, thuris, & mirræ pergitote, ac stellâ duce Hierosolymam perveniunt, ubi in aula ritu, quo reges solent, excipiuntur, & cum Herode discumbentes ubi, quo loco novellum Regem Judæorum reperire possent sciscitantur. *Vbi est qui natus est Rex Judæorum hoc quaerit Herodem non esse verum Regem, vel quod brevi solio, ac seipso excedens foret insinuant. Verè magna est hæc injuria, & eorum contumelia hæc est talis, quam usitata non ferat sufficientia; si vos essetis homines idiotæ, simplicitate in stat vos loqui dicerem, ac exultatione dignos pronuntiare; sed cum sitis magnates, insinuat vestram qui regem nescio? Et an estis ita incosiderati, ut mentem non subeat foris ad Regem cum quo agitis nasum à musca pungendum, ac vos brevi expecturos, quanti vobis constet alium Regem insinuasle natum. Vivente Rege Herode audent alium Regem nuntiare, & de illo quaerere: non non cavent pericula, qua certo certius acclamatione novi Regis committuntur: cur non magis vobis presentem Regem: cur non magis expavit vobis presentem Regem: cur non magis expavit vobis presentem Regem?*

13. Ut hoc punctum evademus, ad illud quod facit liber Geneleos de Patriarcha Abrahamo refert, recurrete cogor. Deus cum eo loquitur, & transtentem, quo suo tempore ex hanc in alienam vitam migraturus erat, & quomodo anno multum ætate eam progenitoribus in somno pacis quieturus erat, revelat: *Tu autem ibi ad patrem tuos in pace sepultus in senectute tua, hoc magnum tremorem ossibus, ac pavorem cordi ejus incutisse facit. Tectus paulo ante commemorat. Heror tenebrosus, & magus in vobis sit eum. Magna scilicet se esse mortalem, ac se meli sibi mortem esse cum sciret, quod mortem timeret, non cavere.*

Exod. 2. 10.

Ad Hebr. 11. 24.

Ex Joann. Baptif. Pulg.

Relix A. scolp. in offic. histor. in ad. nis. fol. 477.

domini. Inò dum Deus ei revelaret. ac promitte-  
ret vitam longam, exitum tranquillum, grates  
rependendo, vires sumere & exultare debebat. In  
pace ac tranquillitate bona. Eccc quælo pavescit,  
cur moriemur metuit, ac horret: Et quando illi pro-  
mittitur mori pacifice in senectute bona. quæ ad Pa-  
triam proficiatur. cur horret. Abrahamus? tota ejus  
conversatio ex hoc oriebatur, non quod crede-  
bat futurum ac visurum patres, sed quia sibi à  
Deo promittendum, quod illico à morte, visio-  
ne & fruitione Mellis positurus esset, sperabat.  
Et horret equidem quia in morte uturus erat ad pa-  
triam. Et non ad Christum pro tunc. Magi audacter,  
et inexpectate etiam de Novello Judæorum Rege  
coram Herode loquuntur, ubi est, qui natus est  
Betelethram: nullam ulenscitiam, nec motum  
vel pavorem ob spem. quæ mercedem titeris  
aut in se obventuros, ac Deum sibi à duce stellâ  
promissam repeturos sperabant. Dulces ergo il-  
li labores debuerunt esse. qui tanto præmio digni  
fuerant? Ab impetito hic meo discursus pro-  
ducitur. Non quid nascantur, quia in Heterosalem,  
regnat: Herodes? nunquid non intelligebant justiti-  
am legi, quia quicumque Rege vivente alterum  
Regem pronuntiat: Et adorat quasi minister tyran-  
ni vocatur sanguis? Et nunc responsum notate,  
Sed dicitur esse futurum Regem futurum, non time-  
bant regem presentem. Adhuc non videbant Chri-  
stum. Et iam parati erant mori pro Christo. Flocci  
pudabant pericula, mortem in nihilo habebant,  
quia Dei desiderati, ac à cælo promissi visu &  
fruitione se felicituros sperabant, sic & Apostoli  
constantiori, nec sentiant abitum Christi, quia  
pauco post tempore Spiritum Sanctum à Chri-  
sto promissum recepturos se esse sperabant: ian-  
tuum aliter, mittam eum ad vos.  
14. Hic et Divo Petro, occurrit in rupe Thaboreâ  
sua sibi, scilicet tres domos construendi labo-  
rum sibi imponere voluerit, seiscitari luberet. Fa-  
ciantur hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi u-  
num, et Elia unum. Quænam est hæc charitas  
Petri, ut fidare velit pro aliis: à sancto Pascha  
cælam quærit, et nullam ob aliam causam, nisi  
quia gloria eternam sperabat, audieris:  
15. Considerat Petrus servitium officii, accumulare sibi  
impensum mercedem laboris. Divum Paulum, quo  
fiduciam laboris hujus mundi esse faciles, &  
quæ leviter adferunt, momentis. Et leve nostræ tribula-  
tionis pondus. Et quomodo postea ad Corinthios  
scripsit, supra mundum gravati sumus supra vir-  
tutum suarum sedet nos etiam vivere? inextinguere  
volumus: quomodo ergo momentaneum & levejan

non aliâ vice labores, quos sufferebat, adversa,  
quæ tolerabat deploravit? In laboribus plurimis, in 2. Cor. 11.  
carceribus abundantius, in plagis supra modum, in 23.  
mortibus frequenter, ser virgis castus sum. semel la-  
pidatus sum, ser naufragium feci, nocte Et die in pro-  
fundo maris fui. Et tan tantos sustinere rigores, est  
momentaneum & leve? quomodo leve? ait Divus  
Chrysostronus: quomodo coronam prope sui nunc Chrysostr.  
quidem in visibilem, Et certamen simul feci leve. hom. 8. de  
patientia.  
Duos latrones in clivo Golgothæo defungen-  
tes cur unus Christum blasphemis petat: unus de  
his qui pendebant, latronibus, blasphemabat, aliter  
verò cum celebrat ac Dominum Paradysi exclam-  
met, momento mei Domine, dum veneris in regnum  
tuum rogare in votis esset. Quamvis sceleribus,  
cruce, patibulo sint pares, tamen unus salvatur, al-  
ter damnatur, unam brachii spei excidisse, alter  
dam brachii spei complexum credo. Ille, qui  
præmium non speravit, crucem infernam (sic a-  
gitur ubi non est spes) putavit, sed alter, qui pa-  
radysum in spe habuit, crux, rota, tormenta refu-  
getium, ideoque mortem velut dulcem, & fru-  
vem complectebatur, videbantur. Spem verba  
sunt Divi Gregorii, habuit, qui regis sui aditum  
postulavit dicens, momento mei dum ego.  
A nostro Redemptore sciscitari hic placet,  
eccur animans discipulos ad amplectendam pau-  
peritatem, eam beatitudine donet, ac regno cæle-  
sti a quer, Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum  
est regnum celorum? discitens verò de adversis  
difficultatibus, quas divulgando per mundum E-  
vangeliium, prædicando fidem, animas acquirun-  
do, coronâ gloriæ eorum vertices: n. at, ac reg-  
no cælesti se eos investituros. Beati qui pro pecu-  
niam patiuntur propter justitiam, promittitur: aut  
ego eos in felices, ac miletos, qui seminando rosas  
verbi divini, spinas, & tribulos afflictionum me-  
tent, dixerim, non: sed retributione regni remu-  
nerabuntur: quoniam ipsorum est regnum celorum. Ibidem.  
Agnoscebat quidè Christus discipulos suos spar-  
gendo sanguinem, ac mortem subeundo, diffi-  
cultates, & ærumnas multas perpessuros, sed spem  
beatitudinis, ac regni cælestis iis præparari, ubi  
perenniter fruuntur gloriâ erant proponendo, hanc  
nil aliud esse quam eos amicos, & impudicos  
reddere ad omnia contraria æquo animo toleran-  
da, omniaque obstacula superanda, peccatis ferro,  
scilicet morti subijciendos sciebat. Beati pauperes  
spiritus quoniam ipsorum est regnum celorum, Chryf.  
hoc est quod ait Chrysostronus, Doctrinam suam, hom. 15. in  
non sub specie mandatorum, atque exhortationis  
in dicit.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liber" and other illegible characters.



inducit, sed sub premis beatitudinem, ut scilicet sermone ipsum faciat gratiore. Imo, quia pellendo hominem ad virtutem, drachma remunerationis, millenis exhortationibus, ac expressis iustificationibus prestat. Ideo Deus hominem non velut belluas, vultu lupino sed versus celum prono creavit, ut si per infortunium difficultatem in bene operando, ac ei serviendo expetiretur, sub cortinis cœli mercedem laboribus correspondentem conspiciat.

magnum, ac æternum non curant. Et in oratione ait S. Pater Augustinus, qua præcelsissimus, & transiit spem ponimus, laborate, sed ob remunerationem cœli, qua vera, grandis, æterna & sempiterna est. Hanc Christus discipulis spondet; Expedit vobis ut ego vadam. Sed & ego imitans futuram rem dicam. Expedit vobis, & mihi, ut ego ita cum vos audiendo, ac ego loquendo, laus sumus, tempus est quietendi.

ALTERA PARS.

15. Sed hodie homo est adeo obstinati animi, ut ei flecendo ad bonum, ac virtutum amorem instillando nec exhortationes, nec iussa, nec præmia sufficiant. Si consulas paupertatem, in faciem tibi spuet, si ob amorem Dei suadeas, toleret calamitates mundi, tibi dotum vertere videbitur; Si ad Eleemosynam erogandam egenis Christi morientibus fame exhorteris, tibi necdum esse tempus respondebit; si dicas, ut inimico ignoscat, fratri suo se reconciliet, occurret, si hoc faciendum sit, potius ferro animam, veneno vitam pellere se velle. Si patientiam prædices, vilibus ac ignobilibus, & non iis qui generoso sunt animo eam convenire dicent. Si moneas ut jejument, debiles sunt stomacho, si ut orent, vertigine aguntur capitis, si virgines se cadant, te eorum mortem velle, si cilicis se amiciant, te eos in purgatorium ablegare respondebunt. Ego ait ille mundanus, tot admonitiones non curio, futura non credo, mihi spes futurorum sunt mortua, resurrectionem non credo, præsentibus fruor, futura, cui lubet, linquo. Hi tibi piscatori illi similes videntur ( & fabulis enim doctrinæ morales eruntur) qui rete mari iniectum dum attraheret, ac exploraret, inter alios pisces minutissimum pisciculum cepit, & quia illo ævo animalia loquebantur, miser pisciculus sic agebat: ô piscator quid ego tibi prosum? an non vides quod exilitate mea, nec mensis, nec venditioni serviam? sanius me manumitteres, & paulatim è pisciculo piscis fierem, ac mea magnitudine tibi me carè vendendo, & lucrando nummos, consuleres. Optime virorum, quid te animalculum juvet tam minutum? quod si me manu mitteres, è pisciculo piscis fierem, atque tunc, & sagenam tuam, & emporis mensam ornarem. Quid piscatorem respondisse censetis? valde inquit deliravero, si præsens bonum quantumque minutum, ac exile majori, quod habeo, si te rursus capiam, præponam. O quot ob bonum exiguum præsens, quod nomen boni non meretur, nec teruncio remunerationem, ac præmium æterni boni, quod est

16. Quomodo tres pueri Sidac, Misac, Abdago in fornacem, quæ inferentium altorum exhibebat, missi sunt, & non solum non incineres non sunt redacti, imò nec signum delicti sceleris, & carbonis rosas potant, ac flammam autulam amantam, & ventum suum exaliterint, capere non possunt. Verbo, ille ignis verum nonum is erat, & tamen Daniele retereceamus, quod Fornax succensa erat nimis; ambulaabant, ludebant, saltabant, exultabant in medio furno, ubi flammæ vehementissimæ erant. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedictentes Domino. Quomodo hoc fieri potest quænam potuit hujusce rei esse causa? si ad miraculum recurratis, dubium evanescit, & quæstio cessat. Ego quid Zeno è nostro propolito respondeat dicam. Tres pueri in illo sacro certamine pro oculis Deum sibi proposuere, non flammam præmitti futurum, non poenam. Nunc N quantum pollicetur spes præmii, quod Deus promittit, considerate.

17. Et tunc possibile quod mater filios suos charos, pignora viscetum torqueri videat, nec oculi nimbo stillent; quinimo genitos ac interrida, ne tormentis, ac crudelitati tyranni se subtrahant, sed libenti animo dilacerationem, ac mortem subeant, exhortetur? & quomodo septem fratres involvi tot pœnis sufficiens partes erant, & quomodo vires habebunt, vel unde robur persuasionibus matris, de martyrium curent, nec vitam æstiment? & ultimo specialiter, dum tradabatur, animas agebat; & mi charissime, te meum esse filium, novem mensibus hoc utero gestatum, triennio lactatum, ad hanc ætatem a me te productum recorderis; & si hæc argueretur crudelitatem tyranni contemenda videri non suadeant, oculos in cœlum conjice, & præmitti quod Deus tuæ patientiæ parat, atque de Petro te ut aspicias cœlum. O formidam prædicentem, sapientem! sic reciprocè filius matrem, mater filium spe præmii cælestis in tormentis se solabat.

Trent. in Adolph. Act. 2. Scen. 2.

Hieron. Drexelius de spe. p. 2. cap. 8. fol. 861. col. 1.